

00

kt

S. C. 132

vgl an Id 2087

Theol.

IV. C. 3.

XXVI. Dissertationes varii argumenti.

J. VII 893

~~III 41^o J. V 15~~

d

4

AMPHITHEATRUM
(1. Cor. 4, 9. Heb. 10, 33.)
SYNAGONIÆ,

(Rom. 15, 30. Phil. 1, 7.)
*SPIRITUS GRATIÆ PRECUM
ACIEM CASTRI SANCTORUM
VET. ET N. T. CUM DEO IN PRECIBUS
LUCTANTIUM REPRÆSENTANS,
ADSPIRANTE SPIRITU GRATIÆ*
Joh. 20, 22. Luc. 24, 49. Zach. 12, 10. Rom. 8, 15. 12:12.

PRÆSIDE
PAULO GYÖNGYÖSSI
a PETTYEN,

Illust. Eccl. Angl. Presbytero S. S. Th. D. & Pr. P. O. V.
DEFENDENTE

ut καλος στρατιωτης, bonam illam Agoniam
2. Tim. 2, 3. 4: 7.

LUD. WILH. WEISSE, Berolinensi

Publicatum in Templo Acad. Viadrino

A. D. MDCC XXXVIII. D. IV. Jan. 1738

Hora X. & seq.

FRANCOFVRTI *cis VIADRVM*,
Typis PHILIPPI SCHWARTZII, Acad. Reg. Typ.



5
SYNAGOGAE
Job. XI, 13-15. *Si tu praeparaveris cor tuum, expande ad eum manus, ut comprehendas eum, cum eris validus & non timebis, Psal. 57, 8.*

Ephrem. eleganter. *Si dum oras, permittis evagari animum, eris sicut qui tenet quidem arcum, sed telum contra hostem dirigere nequit, 2. Chr. 20, 12.*

VIRIS PERILLUSTRIBUS
Antiqua nobilitatis *Prosapia* spectatissimis
Munerum dignitate, *Consiliorum* prudentia, *Vir-*
tutum & experientiae fama conspicuis.

DOMINO
PHILIPPO FRIDER. KRUG
de NIDDA,

Augustissimo Borussorum Regi a *Consiliis* inti-
mis, Rerum bellicarum & Dominionum in Ducatu
Magdeburgensi Consiliario, ibidemque *Metallifodina-*
rum Directori, in *Comitatu* Wettinensi & Roh-
tenburgensi montium Capitano.

DOMINO
CAROLO LUDOV. KRUG
de NIDDA,

Augustissimo Borussorum Regi a *Consiliis in-*
timis, *Supremi Justitia & Appellationum* Tribunalis
Consiliario, *Collegii Criminalis & Monetarium*
Directori expeditissimo.

DOMINO
FRIDER. WILHEL. KRUG
de NIDDA,

Augustae Domus Brandenburgicae Aulico,
Dicafterii Berolinensis Consiliario.



ut &
V I R O
SUMME REVERENDO,
PRÆCLARISSIMO
JOHANNI PHILIP. HEINIO,
S. S. Theologiæ Doctori insigni ejusdemque
Fac. Professori Primario
Illustr. Gymnasii Joachimici Reçtori
Berolin. Societatis Scientiarum Membro dignissimo
PATRONIS ET FAUTORIBUS
De se bene merentibus, æstumatissimis
ob egregia
sibi
præstita beneficia
Hoc
grati animi
monumentum æternum
Academicam hanc novi anni strenam
L. M. Q. consecrat

Defendens.



I. N. D. I. C. S. U. M.

I.

Propter Tzionem non tacebo, non quiescam, donec
prodeat, ut splendor, justitia ejus, & salus ejus
ut Lampas ardeat, super muros Jeruschalaim or-
dinavi vigiles rota die & nocte non tacituros,
Vos qui commemoratis Jehovam, ne silete de illo,
donec fundet & disponens stabilitat Jeruschalai-
mis laudem in terra: has ita Jehova proclama-

mat, Esa. 62, 1. 6. 7. promissiones juxta quas excitaret, post af-
fictissimum statum Ecclesiam gloriosam, quam gloriam con-
tinuam fore, juramento obsignat: Organa autem, per quæ
Deus eam gloriam Ecclesie adparaturus esset, vocat *Hamez-
cirim*, commemoratores Jehove, qui solent nominatim personas &
res recensere, in memoriam revocare, & causam eorum ur-
gere, quales sunt *Aule status ministri* qui dicuntur a *commenta-
riis*, 2. Sam. 8, 16, 20, 24. exemplum vide, Esth. 6, 1-13. Pf.
111, 4. Esd. 4, 15: 6, 12. Commemoratores vero ab Esaiâ duplici
respectu nominantur, nimirum qui & Populo Deum, & Deo popu-
lum, atque utrinque *Fœdera, Vota, promissa* recensere, juxta ea
causam urgere debent, Psal. 102, 19. Malach. 3, 16. Hi a
variis officii gradibus, vocantur *vigiles custodes*, Cant. 5, 7. 8.
qui signis temporum invigilabant super montes & muros, Hier.

A

obser-

observantes ortum *Luciferi Lune*, quo cognito *Neomenie* festum, in tota regno designarent, accensis *facibus*, quod *Festum* etiam *typus* fuit hujus *gloriose* innovationis *Ecclesie* N. T. promissa, Hab. 2, 1. 20. Luc. 12. 37. Ubi ceu *Paranympbi*, Ministri Christi Dei monentur invigilare adventui *Sponsae*, invitatosq; *amicos sponsae* urgere, Cant. 4. 16. 5: 1, 8. 17. 8: 8. 13, 14. Heb. 2, 1. 3: 1, 4: 1. 6: 1. Apoc. 16, 15. Hi *Hammezcirim*, Act. 20, 28. dicuntur *Episcopi*, uti, Esa. 52, 8. 21: 8. Hab. 2, 1. 9. Esa. 60, 17.

II. Propheta, officium horum notat, *ne sileant*, ne quiescere faciant, vocale *servitium* duplex notatur I. ipsi *prædicando Prophetias* S. S. 1. Thef. 5. 20. 1. Cor. 9, 16. II. Urgere *precibus* Deum pro *implemento* earum *ne cessent*: Pf. 102, 19. 149: 6. 9. Esa. 34, 1. 16. 64: 1. 12. 66: 5, 18: 19. 20. III. *Terminum officii* hujus executionis durationis, usque dum *stabiliat*, *funder* & *totam gloriosam reddat*. Pf. 45, 14. Tzionem, & ei *pinna-culum laudis*, Zach. 4, 7. super imponat, Pf. 48, 2. *Tebilla* novum Psalmum de gloria Hier. in omni terra, Psal. 65, 1. 2. 9. 10. 11. 14. 67: 1. 2. 37. *Laudem* vero *omnis terra* faciet eam *Jehova*, dum *A. statuta* sua illa, quæ non dedit genti ulli, Psal. 147, 19. 20. inrer *Judæos* excitabit, Deut. 4, 6. 8. *B. restituens* illis *regimen peculiare*, Jer. 30, 9. Hof. 3, 5. 6: 22. Ezech. 34, 23. 37: 24. Pf. 48, 1. 2-14. *C. Luce* intellectus *oraculorum* S. S. eos donando, Esa. 2, 2. 3. 11: 9. Cant. 6, 10. 2. Cor. 3, 14. 18. Apoc. 21, 23. 24. *D. Sanctitatis vestibus* eos induendo ornando, Deut. 26, 19. Pf. 119, 3. 132: 9. 12. Zach. 3, 4. 9: 7. 15. 17. 13: 9. 14: 9. 21. *E. Augendo* *Ecclesiam* Iud. *accessione novarum gentium* ceu *Profelytorum*, *Indorum Americanorum*, Es. 60, 1-8. Apoc. 21, 25. *F. Victoriã*, dando ipsis super *Gog & Magog*, Ezech. 37, 38. 39. cap. Apoc. 20, 8. 9. & 19, 1-9.

III. Propheta porro notat, *objectum* precum earum, ut *stabiliat funder in pace*, Pf. 75, 3. Esa. 51, 16: 54, 10. 14. Mich. 4, 3. 8. *Ecclesiam* *Israëlis*, cum *Ecclesiis Christianis*, Ezech. 11, 19. Sof. 3, 6. Col. 3, 15. in *Christo lapide angulari*, Eph. 2, 13-17. 1. Petr. 2, 4-9. Verbum enim *reconen*, notat non *fundacionem novam*, nam id vox *Jacsad* significat, sed *dejecti a fundamento*

mento suo, ad id iterum *repositionem*, Pf. 48, 9. 84: 3-14. 125, 3. Malach. 4, 6. Rom. 11, 15. 23. 26. Col. 1, 23. ut *Judaicus* populus jam *Amni sit & Ruchama, Hephziba & Beula*, Hof. 1, & 2. C. *cujus iteratae foundationis columnarum typum* vide 2. Chr. 3, 17. *Boaz & Jacin*, hoc *dirigere illud corroborare* dicit nam *veritas* dirigit *Pax* corroborat, quod erat *Symbolum*, Regis Ezechia, Esa. 39, 8. *modo sit pax & veritas in diebus meis*, conf. Esa. 54, 10. 60. 17. *constituam Episcopos tuos pacis Episcopos*, Pf. 85, 11-14. quo collineat *phrasi ne cessent*, q. d. quod impeditum olim fuit, id jam in actum *executionis* deducere, Esd. 4, 21. 6: 7. 9. & quod super *muros stantes* id *exequi* studeant. *Muri* vero eriguntur. I. ne aliquis irrumpat in *praesidia* civitatis. II. Ne aliquis discedat pro *lubitu ex civitate*, & *hostibus* prodat *arcana* Populi, hinc officium *vigilum in muris* duplex est, *primarium* nimirum *praeservatio* civium a *vastatione*, *rebellione*, *tum* hostes ab *invadendo* arcere.

IV. *Munus* deinde *vigilum* horum est, *commemorare* in *Protocollo* *Archivo* populi Dei *consignata*, *statuta*, *comminisci* & *Populum* Deo, & *Populo Deum* *commemorando* *praesentare*, Psal. 134, 1. 3. 135: 2. 3. 1. Sam. 12, 23. 24. quod *officium* *commemorationis* *efficaciter* *exercuit*, *Pontifex* *populum* in *Urim* & *Tummim* *portando*, Exod. 28, 12-29. & *Tubis* *duabus* *tempe* *stive* *buccinando*, *clarigando*, Num. 10, 9. 10. Pf. 98, 6. *Deum* in *salutem* & *consolationem* *sui* *populi* *excitando*, Pf. 44, 24. 25. 27. & *Tube* illa VII. Apoc. 8, 6. & 10, 7. 11: 15. *nihil* *aliud* *omnino* *resonant*, *quam* *commemorationis* *signa* *eorum* *Dei* *judiciorum* *analogicorum*. *quae* *olim* *effusa* *erant* in *Aegyptum*, *Babelem*, Apoc. 11, 8. 18: 25. 5. *juxta* *Testium* *duorum* *antitypicorum* *Mosis* & *Eliae* *gesta* v. 3. 4. 10. *quid* *enim* *testificari* *in* *nuit*, *nisi* *commemorare* *dicta* *factaque*, in *hostes* *populi* *Dei* *consignata*, Deut. 28, 1-58. 30: 15. 19. Nehem. 5, 12. 13. Act. 13, 51. 18: 6. Psal. 149, 6-9.

V. Hoc vero *Munus* *exsequi*, *quanta* *Agonia* *preccum* & *diligentia* *solicita* *debeant*, *monet* *verbum* *ne* *cessent* *ne* *sileant*, *ne* *Deum* *quiescere* *sinant*, a *festinando* *Exequi* *fata* *gloriosa* *Israe-*

Israëlis. Huc collineabant verba Dei ad *Mosen*, pro Israele exitio devoto, Deum obnixè interpellante, Exod. 32, 10. *sine ait me ut exandescat ira mea ad perdendum illos*, nempe intumatur, importuna assiduitas in precibus, quam efficaciter prævaleat apud Deum, Luc. 11, 8. *avardeta*, dicit impudentiam precum nocte media molæstare, Luc. 18, 5. *παρασκευαστον*, vexare precibus & *υπορια* *ζευ* sigillare quasi verbis sarcasticis, Matth. 15, 23. Esa. 64, 7. Ezech. 22, 30. Malach. 3, 13-16. 1. Sam. 20, 32. Pf. 7, 4. 5. 7. 10. *tales* ergo Oratores Procuratores Israeli in ultimis diebus N. T. excitandos in muris Sionis promittit hic Deus, qui exemplo *Mosè*, *Samuelis*, *Davidis*, *Jeremiae*, *Esaie*, *Ezechielis*, *Danielis*, *Mardochei*, *Esdræ*, *Nehemie*, die nocteque urgeant precibus Deum, pro illa apocastisi Israëlis, Act. 3, 19. 21. atque his verbis monuit Propheta *singulare officium esse Ministrorum* etiam *Ecclesie* N. T. ut sciant res gestas Dei erga *Ecclesiam*, *promissa*, *foedera* ut *Archivarii* Regni Cælorum, ut *Secretarii* Christi D. & Spiritus S. Matth. 13, 52. 1. Cor. 4, 1. Amos 3, 7. Joh. 15, 15; ut *Feciales*, 2. Cor. 5, 20. juxta quæ norint *supplices libellos*, *memoriales*, *codicillos* Regi Christo Domino in Cælis Residenti *Ecclesie* N. T. Rom. 8, 34. pro Populo Dei tempestive suggerere, *orare* pro *fundatione* & *glorificatione Sionis*, Pf. 122, 6-8. & hoc officium Pastoribus negligere, imprimis *die Dominico* C. Esa. 58, 13. omnino est peccatum in *æconomiam* Spiritus S. ultimis seculis manifestandam, nam *summa*, Caput. Psal. 137, 6. *Gloria* *Ecclesie* N. T. est *Judæorum* & *Hierosolymæ restitutio*, Apoc. 21, 1. 2. cum *gentium* omnium *introitu* plenissimo in *Ecclesiam*, atque exinde sequutura *Dejectione Antichristi* & *Pseudoprophete* *Turcarum Imperii* *Panoletriæ* quæ huic gloriæ *Ecclesie* *Judaicæ* *subordinata* est. Apoc. 18, 19. 20. 21. Cap. ideoque hic prædictum est ab *Esaia*, quod in *Ecclesiis* *Christianis Orthodoxis*, *Psalmos Davidicos*, signanter eos de *restitutione* *Israëlis* diebus *Dominicis*, ex *professo* & *instituto* Spiritus S. cantandos esse, Psa. 147, 2. 13. qui *Psalmi*, vocantur *Cantica nova*, Psal. 33, 3. 96: 1. 98: 1. 144: 9. 149. 1.

VI. Illustre exemplar, talis libelli *supplicis commemorativæ* pro *Israele* signanter traditur, Psal. 102. ubi argumenta promuntur

inuntur *agonia precum*. *A.* Quia ea Ecclesia est *Tzion*. *B.* *Q.* opportunum tempus & *mera gratie* adest, Deut. 32, 43. Ps. 85, 6. 7. *C.* *Q.* in *Promissione* destinatum tempus id esse. *D.* *Q.* sic gentes *relique* convertentur, Rom. 11, 25. Luc. 13, 35. Ps. 74, 1-22. 119 126. *E.* *Q.* sic desiderata *Gloria Dei* manifestabitur. *F.* *Q.* *audientia* precum miserimorum hominum sic & tunc celebrabitur, & Dei *promissionum veritas* illustrabitur, huc collineat cum dicit Augustin. in Ps. 74. Argumenta hæc Ecclesie, in cor Dei penetrantissima sunt, in *agonia precum* cum Deo, in quibusvis precibus piorum si orent, Domine perpende. 1. Qui es a quo. 2. In cuius nomine. 3. Qui. 4. Quæ. 5. Pro quibus. 6. Quam diu. 7. Et contra quos petimus.

VII. Hoc officium *Hammezcirim*, N. T. Eccl. Ministrorum, & fidelium omnium, in culcat S. Ap. *Paulus*, *Esaia* Prophetæ & *Evangelistæ contubernalis Symmyta* & *collateralis Interpres*, Rom. 15, 30. 31. *Precor autem vos Fratres per Dominum nostrum Jesum Christum & per charitatem Spiritus, ut mecum una certetis vestris pro me apud Deum precibus, ut liberer ab infidelibus in Judea, utque ministerium hoc meum erga Hierusalem acceptum si sanctis.* Ira nos urget Ap. ille *Paradyfi* Discipulus, 2. Cor. 12, 4. *Doctor Gentium* Excellentissimus, Rom. 1, 5. 14. 15: 16. Eph. 3, 8. *Preses Auditorii Sanctorum Magnificus*, ab omnibus *Doctoribus* Ecclesie & *Academie præcise* imitandus: in hac adhortatione *Apost. tria* consideranda occurrunt. *I.* *Rationes* motivæ ad preces. *II.* *Officium* affectus fidelium in precibus. *III.* *Systema* precum, quod ad *primum*, notantur rationes tum externæ tum internæ; *externe* humanæ sunt duæ. *A.* *Arcta Sympathia* relatio: *precor vos fratres*: nimirum *Paulo Judæo, Romani* gentiles cognati erant per *Evangelium*, quo credentes omnes sunt *conves Sanctorum & domestici Dei*, Eph. 2, 19. ut *fili* unius ejusdemque *Patris Dei*, 2. Cor. 6, 18. *coheredes Christi*, Rom. 8, 17. 29. *Primogeniti* inter multos fratres *Familie* gentis *Divine*, Eph. 3, 14. 15. Ps. 122, 8. Sed uti hoc illustre est *motivum* ad preces mutuas *Synadelphie* Sanctorum *Συνδνημοσ*. Eph. 4, 16. Col. 2, 19. Ita ex *adverso* gravissimum est *doloris telum*, quod tam parum istud moveat hodie *Christianos ad Philadelphiam* illam

A 3 hoc

hoc in passu sequendam, Hebr. 13, 1. quæ *gangrena* quam misere depauperet Ecclesiam Christ. *ultimi avi* diserte Apost. præmonuit, 2. Tim. 3, 2. homines erunt *Φιλαστοι ασοργοι*, cum tamen (quod NB. est magnum) non *durum & impossibile* jubet Apost. quasi ut *auro, argento, veste, victu, gladio* juvent fratres, quod pauci forte præstare possint, sed *succursum* jubet *precum*, qui ab omnibus etiam pauperrimis, vel in carcere constitutis amplissime præstari potest, ut Prov. 17, 17. dicitur *frater in angustia nascitur, tum active tum passive* consideratus, dum afflictio fratris parit affectum amoris proximi, prout in *Samaritano*, Luc. 10, 37. 2. Cor. 8, 13. 14. 16. & *Mose*, Act. 7, 23. 24. 20: 37. 38. *Nehemia*, Neh. 1, 4. 5. conf. *Gen.* 45, 2. 5. 2. *Sam.* 16, 9.

VIII. Ratio alia *motiva* est *obsecratio* ardens *παρακαλα* quasi conclamat omnes ut accurrant opitulaturi, *clamor* solus *gemenis* afflicti habet vim penetrantem in affectus & efficaciter influunt *aures* Dei ipsius etiam. *Gen.* 21, 16. 17. *Exo.* 3, 7. *Ps.* 12, 6. 147. 9. *Jon.* 1, 6. *Rom.* 8, 22. dum *labestrarum* extremum discrimen audirent *Israelitæ* susculerunt *vocem* & *stoverunt*. 1. *Sam.* 11, 4. sic dum *Cananea* instanter clamaret, tum discipuli pro ea sollicitarunt Christum D. *Matt.* 15, 22. 23. *Apo.* 6, 10. *Act.* 20, 36. 37. 12: 5. *Ps.* 79, 11. *Interna* *motiva* itidem duæ sunt. 1. *Christus*. D. *obtestor* ait vos per D. *Nostrium* I. C. Cui *obsecratorie formula* multum inest *ponderis*. 1. *respectu* *Potentis*, 2. a quibus petitur. n. *Jesus* C. est *Dominus* *Pauli* *Potentis*. *Paulo* q. d. *Salvando* *Christus* est *ordinatus* *Jesus* *Salvator* & quidem *primo omnium Salvandarum*. 1. *Tim.* 1, 15. qui ipsum *acquisivit*, ut *Dominum* *Godem* etiam *secundum carnem* habeat, *Rom.* 9, 3. cui *Pater* ut *ovem* dedit, qui ut *bonus Pastor* omnia peregit, pro *Paulo* factus *homo* *Judeus*, *hostia* & *Sacerdos* & *Advocatus* apud *Patrem*; ast qui talis reputatur apud *Patrem* & *Christum* *Domin.* an non pro se, *preces* & *intercessionem* aliorum debet impetrare, *pro quo* *Pater* dedit suum *Filium unigenitum*, *pro quo* *Christus* dedit se *antihyron*, an pro illo nostra *verba* & *suspria* denegari debent, *Esth.* 4, 16. 7: 3. 8: 3. 1. *Cor.* 4, 1. *Job.* 31, 15. 16 29. 30. *Verum* *arctius* stringit hoc

hoc argumentum dum ait *Jesus C. D. noster. q. d. Dominus est & eorum qui petere debent, quos pariter vindicavit* i. Thes. 1, 10. Rom. 5, 9. an non igitur tales pro *Complicibus* orare tententur. Phil. 2, 5. 15. quos Christus D. agnoscit *fratres*, ut eos sanguine suo emptos Patri suo jugiter commendet? Heb. 2, 13. Intimat nobis Ap. ut consideremus *titulos eorum, pro quibus instare apud Deum statuimus vel etiam contra quos precamur*, ut Act. 4, 27. i. Cor. 4, 1. Luc. 8, 3. Rom. 16. 1-13. 22. 23. i. Tim. 1, 20. 6. 20. 2. Tim. 1, 16. 4. 10. 14. cum ait Dominus noster. J. C. q. d. Commune *ius commune desiderium* excitare debet. Eisa. 63, 16. 64. 9. Apo. 6, 9. 10. 12. Col. 1, 12. 2. Sam. 5, 1. 2. & 19: 11. 12. 41. 43. *Unum Corpus Christi D. sunt fideles, atque unius membri calamitas totius corporis est, pro quo omnia membra sollicita esse debent*, i. Cor. 12, 26. Esth. 4, 13. 16. Sam. 4, 20. Psal. 79, 11. 13. in his textibus *titulos relativos* urget Ecclesia, ut Moses Exod. 32, 11. 13.

IX. Motiva causa interna II. est, *Spiritus S. per dilectionem ait Spiritus, q. d. propter qualem dilectionem Spiritum S. optatis eundem affectum habere erga vos*, Num. 11, 29. i. Thes. 2, 8. 4: 6. ut eundem *effundat in corda vestra; Dei Patris, nempe erga vos, & quæ operetur in vobis amorem erga Deum & Sanctos*, Rom. 5, 5. 2. Cor. 5, 14. nam Spiritus idem, qui persuadet *amorem* erga Patrem & Filium idem intimat etiam *amorem* erga totam *Familiam Dei*, i. Joh. 4, 28. Joh. 14, 23. 15: 10. Gal. 5, 22. Eph. 3, 14. 4: 4. cujus *energeia* docetur, Phil. 2, 1. Jam vero hic *Spiritus* est Spir. *Supplicationum*, Zach. 12, 10. & *interpellat* pro Sanctis apud Deum, Rom. 8, 27. adeo ut si *unum si multa membra* affligi nobis innotescant, illico patet *promptum studium* pro iis precandi, Neh. 1, 4. Ezech. 4, 1. 14. 16. ne *quod moriatur, ne quod nimium prematur*, Exod. 18, 18. 19. Neh. 5, 7-10. sed ut *vitz efficacia* roboretur, in *fide in spe patientia*, & demum consequatur *liberationem & restitutionem*. Heb. 12, 11. 15. 2. Thes. 3, 1. 2. Hanc *sollicitudinem* inculcant nobis *auree illæ regule* Apostoli, Rom. 12, 10. 11. 12. vide textum, quibus regulis subdit *empharice*, hæc officia ait præstare *ut Domino servientes*, conf. 2. Sam, 10, 10. 11. 12. X.

X. Consideranda nunc II. quæ sunt *Officia affectuum* in hac precum *Palestra*. *Συναγωνιστάς* ut certetis *mecum* in precibus *apud Deum*. Ubi duo poscuntur, *Allio & Societas*. *Allio* est *αγων*. Vox innuit magnam animi *contentionem*, & quicquid virium est adhibere, ut vincas, & ab adversario colluctante *victoriam* extorqueas, Gen. 32, 26. talem autem succursum non poscit ab ipsis contra hostes, ut *vim* eorum *simili vi* repellant, ut *Achab* urgebat *Iosaphatum*, 1. Reg. 22, 4. 2. Chr. 19, 2. id non poscit, Apost. 2. Cor. 10, 4. 5, qui nolebat sic pugnare, ut obtendebant *Discipuli*, Luc. 22, 49. neque *Romani* absentes id præflare potuissent, sed rogat *succursum in & ex precibus*; Verum ne leve id factu putent, indicat, quocum *luctandum* esset, ait *apud Deum*, cuius *Lucta theatrum* erectum visitur, Exod. 32, 10-14. *dimitte, sine me ut accendatur ira mea*, quasi retrahendo manus renitentes, quod fit si manus sint remissæ, ut *Angelo* vastanti *Hierosolymam* dicitur 2. Sam. 24, 16. ut quasi *Moses* utroque *brachio* complexus Deum constringebat manum Dei *elevatum* jam ad perdendum *Israëlem* idolatram, & quasi Deus instet *Mosi*, quæso *sine me*, ut *Abisai* instabat, 2. Sam. 16, 9. 10. q. d. *ne retine, ne impedi, ne constringe dextram*, meam gladium evangelicantem.

XI. Stupenda hæc vel ipsis *angelis*, 1. Cor. 4, 9. fidelium precum *agonia*, nempe, Deus ira æstuans & properans ad vindictam, potest retineri & impedi; prout *Mater*, virgam extensam a *Patre* ad feriendum petulantem *puerum*, sæpe retinet, nimirum Deus tardus ad iram, ultionem & *ad momentum durat fervor*, Psal. 30, 6. & dari *media* eam declinandi, Esa. 27, 4. 5. Ezech. 22, 30. *Robur* dextra omnipotentis potest *contineri*, donec *pax confecta sit*; docuit hanc *artem* Deum vincendi, ut *victas manus* det oranti, ipse Deus, Deut. 9, 13. 14. Exod. 33, 5. phrasi, *sine me*, docuit Deus, posse se a *Mose* cohiberi, si *Moses actionem* illam in se suscipiat, sentiet non successuram destructionem *Israelis*, fuit in *phrasi* ea, id quod dicitur, Hof. 2, 13. *Vallem Achor faciam in ostium spei*, nam quæ major *construatio*, quam ob iram Dei ardentem, Num. 16, 46. Jos. 7, 5-15. sed

sed in ea est *Janua Spei* aperta, Hab. 3, 2. Jud. 13, 22. 23. Job. 13, 14. 15. Ita cum *Protoplastis lapsis* Paradiso expulsis via ad *Arborem vitæ* occlusa, Gen. 3, 22, 24. tum aperta *janua* ad *realem arborem vitæ*, Joh. 10, 7. 14: 6. Gen. 28, 17. Apoc. 2, 7. Prov. 11, 30. 13: 12. Quod Plato etiam innuisse videtur, dum ad *discipulum* pervicacem dixit, *vapulares nisi iratus essem*. Psal. 78, 38. 39. 106: 6-8. atque hinc nascitur *parrhesia* fidelibus, iratum etiam Deum *accedendi* & *interpellandi*, Job. 13, 15. Deut. 3, 23-26. Jer. 12, 1. ut *David* fecit, 2. Sam. 24, 16. 17. & proculdubio, *causam victoriæ* (si eo *encomio* ornanda sit) *Mosis*, non fuisse in viribus naturalibus *Mosis* comparatis ad leviores *insultus antagonista*, verum illius strenuæ virtutis cum *Jehova* agonizantis, *auctorem* adiutorem fuisse *ipsum illum Deum*, qui *idolatriæ* exitium intentabat, is *Mosen* ad *pugnam* accendit, & de *robore* suo, æque ut illæ *mulieri*, Marc. 5, 30-34. robur impertivit, Joh. 15, 3. 27. 1. Cor. 4, 7. nempe sicut a concertatore suo *Jacob* suppetias *supplex petiit* & *impetravit* auxilium tempestive, Ps. 10, 1. 21: 4. 7. 32: 6. & benedictionem. Gen. 32. 26-28. *sine me* ait Deus *Mosi*, ut *facere opus meum* possim, *secus enim nequeo*, prout ad preces *Lorbi* Deus reponebat. Gen. 19, 22. armata nempe manus nil valet si ab alio constringatur, 1. Sam. 17, 5-7. 37. 44. 45. 51. hoc quidem impossibile est credere de Deo, nisi Deus ipse id docuisset, nam quid *caro* ad Spiritum, *homo* ad Deum, *creatura* ad creatorem Esa. 31, 3. 4. Ps. 146. 3. 4, verum Deus ipse dixit, *qui est veritas*, quod *invincibilis* Deus hac arte *vinci* queat. Jud. 16. 6. *mulier* urget, *dic in quo vinciri queat robur tuum?* ast inquisitionem similem *fidelium* Deus antcipat *divino suo amore* in *quærentibus salutem suam*. Rom. 10. 20. 1. Cor. 2. 5. 10. ut *David* testatur. Ps. 27. 7. 8. 9. *Loco tui dixit cor meum, quærite faciem meam, ideo quæro faciem tuam Jehova, ergo ne avertas.* &c. 32. 7. 8. 85: 9. 14. 147: 3.

XII. Precibus fervidis hoc *robur Dei*. Esa. 64, 6. 7. apprehenditur, quæ si negligantur, Deus discedit, qui *secus* potuisset retineri. Hos. 5, 15., *ibo* ait *revertar in locum, donec quærant faciem meam, dum affligentur, quærent me dilliculo, dicentes.*

B

Cap.

Cap. 6. I. *agite, revertamur ad Jehovam, nam ipse percussit & sanabit nos.* Mose *manus precautes* remittente vincebat *Amalec.* Exo. 17, 10. II. *Samuelem abiturientem veste* apprehendit *Saul,* sed *vestis lacerata* fuit. I. Sam. 25, 17. quod *omnes* deserti a Deo *Saulis* erat v. 28. sed *Jacob* hac comprehensione. Marc. 5, 28. 29. cum *famina* illa, devinxit Deum per *zeleum,* qui robur est precum, quo fervens *cor* in *lachrymas* ebullit. Hos. 12, 4. *stevie & oravit* ait, hinc L. *dixit preces & Lachryme sunt bombardae Ecclesie.* Pl. 102, 10. 137: 1, 56. 9. 30. 12. 88. 10. 119. 136, *Petri* totam precum *agoniam* in lachrymis positam fuisse scribitur Luc. 22, 32. 62. & *Pauli.* Phil. 3, 18. I. Cor. 5, 2. 4. conf. Luc. 7, 38-47. Zac. 12, 10. 13. Joel. 2, 17. nolens postulati denegationem admittere. Matt. 15, 22-27. Jac. 5, 17. 18. ut *illa,* Jud. 14, 1-16. & 16. 16. adeo ut *decertaretur anima* Samsonis ad moriendum, sic dicitur NB. quod *agrotare fecit faciem Jehovae Moses.* Exo. 32, 11. haec omnino victoria est, vincens non tantum *mundum.* I. Joh. 5, 4. sed & ipsum Deum, nam *credenti omnia* possibilia. Marc. 9, 23. *fides* domitatur *creaturis,* ut *montes loco* dimoveat. Matt. 21, 21. & *caelos claudat & aperiat.* Jac. 5, 17. Apo. 11, 4. 6. ut *dominetur* quodam modo ipsi *creatori.* Amos. 4, 12. 13.

XIII. Haec fides vero aliquid in Deo *speculari* debet prius, id quod *apprehendat,* quo *statatur* ira Dei, ut *excident arma* & manus suas armis instructas *non inveniat.* Pl. 76, 5. 6. percontari debet qua via *invadi* possit *acies* omnipotentis, uti *Moses* misit *exploratores,* qui *investigarent iter,* quo *terram Canaan* invadere & occupare possent *facilius,* Deut. 1. 22. 23. Sic *Benb. Rex Syria,* praemisit *Scrutatores,* qui percontarentur de loco ubi *Elifeus* concludi possit. 2. Reg. 6, 13. 14. non secus fides *scrutare* debet, *vias* quibus iratus & armatus Deus confringi *queat ne elabi possit.* Gen. 31, 25. 26. Pl. 44, 21. 24. 25. istud vero aliquid in Deo *speculandum,* imprimis est, *perfecta idea Gratiae Dei* aeternae. Hos. 13, 14. 15. 4. 2. 3. Ier. 31, 18. 20. ut servi *Benhadad* imaginati sunt de *gratia Achabi.* I. Reg. 20, 31. ita *imaginari* debent pugiles Dei, de *gratia Dei Regis Israelis,* sic, apprehenditur Deus etiam *veracitatis suae commemorationis argumento.* Esa. 64, 9. Pl. 143, 1. 17: 2. adeo ut si res petita *Ecclesiam* attineat,

neat, vult Deus totum desideratum in potestate precantium esse. Esa. 45, 19. non stat certo per *Jehovam*, quo minus felix sit quis in Agonia precum suarum, sed in precantis *vanitate desidia & negligentia*, ut protestatur Deus. Hos. 13, 9. Ps. 81, 11. 17. 1. Sam. 2, 27. 30. Esa. 5, 4. 6. Jer. 7, 23. 26. 2. Chr. 36. 15. 16. & Jacobo testatus fuit. Gen. 32, 26. 28. nempe fides *qualis & quanta, talis & tantus* successus agonizantis precum. Ps. 37. 40. Esa. 27, 4. 5. 1. Sam. 2, 30. *Jeroboam* cum manus ejus extensa contra *Prophetam* Dei, exaruisset, petiit ab ipso *Profeta*, *infirma* ait *quæso faciem Jehovæ*. 1. Reg. 13, 64. illico manus Regis restituta, sic. Ps. 119, 58. debilitavi faciem tuam. Mal. 1, 9.

XIV. Quas *quæsit* *vias* Deum *invadendi* *Moses* & quas *admojit* *Machinas* videre est. Exo. 32, 11. 14. *moram terminum* postulat a Deo instar *Procuratoris* rei causam in *tribunali* agentis. Job. 7, 12. 18. 19. 22. 10: 2. 14. 20. 17. 2. 23: 4. 5. 6. rogat ut prius *rationes* audiantur, ut sapientissima illa *matrona*. 2. Sam. 20, 16. 19. cum *Joabo* & cum *Davide* c. 14, 4. 17. egit, quarum *rationum* *Mosis*, est *A. Acquisitio* Populi sui molæsta. v. 8. ideoque tam difficulter *acquistum peculium* non tam præcipitanter perdendum *B. blasphemia* hostium qui vindicationem ex *ægypto* *Israelis*, non tam *gratie* divinæ, sed *odii argumentum* calumniaturi essent, & *culpæ* impactam, non *populo* sed *Deo* iniusturi, si nunc non *aggrariaret* *Israelem*. v. 12. *C. Fœdus* cum *Patribus* eorum & *Promissiones* iis factas, quarum recordari Deum urget v. 13. perinde *Apostolus* etiam Rom. 9, 4. 5. in hac eadem *causa* argumentatur, & *Ecclesia* N. T. ultimi *ævi*. Ps. 74, 2. 18. 19. 20. 21. 22. & 79. etiam urget Deum *Israelis* & 80. & 85. & 102. & 106. 4. 47. notandum vero, quod ad *phrasin* *agrotare fecit faciem* *Jehovæ*, quod quamvis *facies* & pro *ira* usurpetur. Gen. 32, 20. Lev. 20, 6. Ps. 21, 10. 34: 17. Jer. 3, 12, sic *aspectus* Dei, nunc in *bonam*, nunc in *sinistram* partem fumitur. Amos, 9, 8. Exo. 14, 24. Ps. 86. 16. 104. 32. Deut. 32, 20. verum hic in *oratione* *Mosis* *concrete* fumitur, pro *facie* *Patris* *Personali* *Christo* etiam 2. Thes. 1, 9. 10. ita *Moses* in hoc *theatro* *agonie* precum *Christum* stitit *mediatorem*, illam n. *faciem*. Exo. 33, 13. 14. 15. Heb. 1, 3. quod etiam in *litera* NB. imple-

impletum legitur. Matt. 26, 67. Efa. 50, 6. Pf. 69, 8. ut in eum ut *sponsorem* reatum Populi hac vice transferret ab Israele, secus mox confumendo ab ira Dei, ut velut in κατοπτρῶ. 2. Cor. 3, 18. *irata & placata facies* Dei conspiceretur; uti cum Davide factum. 2. Sam. 12, 14. Jehova ait *transtulit peccatum, tuum, non morieris tu, sed filius v. 15.* propter typi *mysterium*. Pf. 69, 5. 7. 14. & 30. 8. 12. 80: 4. 5. quo collineant etiam Rab. dum dicunt, *Deum recordatum Isaci ligati in altari*. Gen. 22. cui *redemptionem Israelis ex Aegypto* meritorie adscribunt, atque ita hic *phrasis* פָּרִיז in *duali facies* NB. duo indicat, *iram & aggratiationem* Pf. 83, 17. 13: 1. 80: 17. 20.

XV. Atque hinc patet, quomodo Deus interdum *vias* suas cum fidelibus agendi quasi *disimulet*. & *stratagemate* sancto *convivet* supplicantibus ad *thronum gratiae*, praemonens reos, quid in hoc statu faciendum. 2. Reg. 6, 8. 9. 10. Exo. 33, 5. 14. ut ita *apparatus* irae Dei debilitatus non possit ad extremum *graffari*. Pf. 78, 38. proptet *miseritordiam* Deo naturalem. Hab. 3, 2. Hos. 11, 8. 9. erga *Ecclesiam* suam, ne irae *hostilis inflammatio* erumpat Deut. 32, 36. 27. Pf. 83, 14. 15. 16. 17. & haec *tela propugnationis* arcis fidei nostrae; ab ipso met Deo discere debemus, & tum nequit displicere, quod ipse innuit & agit, si, ut faciat efficaciter urgeatur. Pf. 106, 8. considerari vero dignum in hac *Palestra* quod maxima Mose *promissa proposita* a Deo & commoda ipsi si negligat *Israelis perniciem*, neque eam suis votis impediatur: *faciam te* ait Deus, *gentem magnam*, sed Moses *derogat* tam *speciosas cautiones* & *promissiones* ut *Esthera*. Esth. 4, 16. & jam ab olim tam *generosus* erat *animus* Mosis. Heb. 11, 24. 25. mavult cum *Ecclesia* esse *miserimus*, quam sine ea *externe felicissimus*, imo *Zelus agonie* precum ejus longius processit, ut carere veller etiam *salute*, ne Israel ea careret. v. 32. est sane hoc *amare proximum sicut se ipsum*, exemplumque dedit, cur & pro *inimicis orando* *agonizare* debeamus, ut si forte qui perderetur, sit inimicus noster ut *Haman*. Est. 4, 6. 7. & ejus *perditio* utilis nobis foret, ast Moses id etiam hac *cautione* derogat, ita *David* pro salute sibi *inimicissimi Saulis* oravit. 1. Sam.

Sam, 24, 7. Pf. 59, II. 12. 2. Sam, 1, 19. 21. licet mors Saulis, utilis fuisset Davidi.

XVI. Illustrat hanc *agoniam* in precibus Jacob Patr. etiam. Gen. 32. Hos. 12, 3. 4. *Duplex* praelium refertur Jacobi, etenim jam in *uero* calcem supplantabat *Efavi*. Gen. 25. & *agoniam* seminis mulieris illius Sancti. Gen. 3, 15. inaugurabat, *tu mordebis calcaneum, ipse tuum caput coneret*; postea jam *grandævus* 90. annorum, *duello* luctabatur cum ipso *Deo viro Jeshova*, qui ipsi *iratus*, quod v. 18. 20. se *Efavo* servum praesci-
ne addixerat, cum pridem jam antea. Cap. 27, 37. *Efavo* Dominus constitutus fuit: *iratum gravis est res habuisse Deum*, dixit Ap. Heb. 12, 29. *Mose* praecinente Deut 4, 24. *Athleta* hic non erant, *Hector* & *Achilles*, non *Aeneas* & *Turnus*, non *David* & *Goliath*, non *Benaja* & *Aegyptius*. 1. Sam. 17. & 23. 28: 21. sed hinc *Rex gloria vir Belli* Dominus *Tsebaob*. illinc *Jacob exul*, alio post aliud malo per tot annos *atritus* tot *curis*, *vigiliis* & *itineribus* fere exanimatus, impium enim est, quod *Judei* hunc *Antagonistam* Jacobi *Sammaelem*, specie *Efavi* Jacobum impetentem, vel *spectrum* Angeli *custodie Efavi* deputatum fuisse nugantur, qui quia ignoraret, *heredem benedictionis Isaci* scriptum esse *Jacobum*, expeditum eum, ut ab *ingressu terra Sancta* Jacobum impediret, *angelosque Machanaim* Jacobi ductores bello impereret. Gen. 32, 1. quasi *ypsi* pugnae illius antecessor Apo. 12, 7. 8. sicque cogeret *Jacobum*, ad restitutionem *juris* Primogeniturae *Efavo*, exindeque corripere *nervum famoris*, quo redderetur *Jacob* ineptus ad *sacerdotium*; vacillat opinio ea etiam, quae *Luctam* illam solam *imaginariam* aut in *visione* factam arbitratur: *emphasis* sane verbi. פָּחַדִּים id statueri derogat, quod notat *vehementer conflare* ut *pulvis excitetur*, unde *athleta* ex industria pulverem commovebant, tum ut *agressori* caliginem offunderent, hinc similis phras. Pf. 80, 5. Lam. 3, 44. *famas adversus orationem populi tui*, tum quo per *pollinendam* *luride cutis* in *palestra* se *arena* conspergens, *vigorem spirituum animalium* ne cito erumperet, praeciparent, hinc Poeta: *fulva luctatur arena*; itaque *vir ille* & *Jacob*, uterque *agonizantes*

pedibus pulveres excitavit, in *testimonium fidei* Lucæ Mart. 10, 14. Act. 13, 51. vox *achæ* pulvis vertitur, Deut. 28, 24. Esa. 5, 24. Ezech. 26, 10. R. *Gerundenfis*, ob *analogiam* cum verbo *chacac* vertit *complicavit* quasi *Jacob Sympalesitram* brachis inclusit. Varias hujus *Lucæ*, tesseras, tum *symbolicas*, tum *subordinatas* vide in Diss. The. C. *Viringæ*, F. *Joseph. L.* 1. Ant. C. 19. putat pugnam istam *presagium* futuræ magnæ felicitatis, prout illam. Apo. 12, 7. nempe *gentem Iacobi* nunquam defuturam, nec unquam viribus humanis suppressendam, quo respectu Deus læsit potius *samur* Jacobi, non *pedes* vel *manus*, phrasit enim *girbanasse* exprimit *nervum* conjunctionis *maris* cum *samina*, nam *vetus sensus* hujus vocis *nasse*, quod conjugem viro in coitu conjunctam & conjugio devinctam notat, patet & ex voce *Issa*. Gen. 2, 22. 23. *nasse* eadem emphasi dicitur *Eva*, prima uxor & mater Num. 31. 18. Esa. 32, 9. hunc *nervum* hanasse tetigit *antagonista* Deus, quia collineabatur ad Gen. 3, 15. & 4. 6. 26. ut 7. vertunt *samur* *μειριον* conf. Pl. 132, 11. 2. Sam. 7, 12. ut phrasit *samoris* ad *semen* Abrahami *sanctum* per Jacobum propagandum notaretur, quod *semen* ex se derivandum, dum per tentationem occurfurus *Esavo* armato. v. 6. *Iacob* aliqua parte *sugillaret*, Dominum suum perhibens *Esavum*, qui nunc ait se & *matrem* NB. cum *filii* perderet. v. 11. exinde *membro generationis* elateri, signum *Lucæ* triumpho a Deo impressum palam accepit, claudicans dum transiret NB. ad *Penuel*, faciem Dei v. 31. mysticam. Joh. 1, 18. Hos. 6, 2. 3. 2. Cor. 12, 7. quo etiam collineavit factio illo, *tessera* sacram. *Iurandi*. Gen. 47, 29. insistent *vestigis fidei* Abraham. Gen. 24. 2. Rom. 4, 12.

XVII. Jacobo hac in *agoniæ* hujus forma *typico* succenturiandus *antitypicus* J. Christus. Luc. 22, 44. *γενομενος εν αγωνια εκτενেষειρον* precabatur cum esset in conflictu mentis occupatæ circa terribiles & menti finitæ, homini fragili. Pl. 90, 11. Jer. 30, 21. fere insuperabiles res eoque precatus tunc cum maxima *conventionem* animi, quicquid virium erat in *spiritu* & *corpore* exferens dum oraret, unde secutus est *sudor* ille *sanguis*.

sanguineus prorsus praternaturalis, quam *agoniam* Ap. Heb. 5, 7. emphatice refert, qui in diebus carnis sue apud eum quod ipsum servare poterat a morte intercedebar. I. *deprecis*, mali remotionem postulantibus. II. *interprecis supplicationibus*, qua vox hic tantum occurrit supplicationibus, quibus petitur *aggratiatio* ut ira cesset, sic supplicationes ad *aras Deorum* fiebant, ut averruncaretur *ira Deorum*, quam *prodigia* minabantur: *modus agoniam*, cum *valido clamore & rugitu & lacrimis*. Pl. 22, 3. 38: 9. Job, 3, 23. Jon. 3, 8. I. conf. Pl. 69. & 88. *Hierosolyme* in publico catu, qualiter in hac *agonia* se gesfit notatur. Joh. 12, 27. 28. nunc ait *anima mea perturbata* est, vehementi commotione, ut cum *aqua turbata*, ab ipso *fundo limus* exciteretur. Pl. 46, 3. 69: 1. 2. 3. 15. & sic in *horio*. Matt. 6, 36. caput *λυπεισθαι* & *αδυνασθαι*. Marc. 14, 33. *εμβαμθεισθαι*. Matt. 27, 66. *αεθισσασθαι*, quasi *boavit alta voce* Joh. 12, 27. & *quid dicam attonitus* quasi *hæsitabat*, *Pater libera me ab hac hora*, *transfer calicem istum a me*, quem *conflictum tribus aciebus* precum iteravit. Matt. 26, 44. *successus agoniam* hujus triplex. I. *respectu Dei*, & *exauditus est a metu servatusque* II. *respectu Christi*, quanquam *filius esset*, *didicit ex his que passus est obedientiam* III. *respectu clientum*, & *consumatus v. 9. obedientibus ipsi omnibus factus est auctor salutis æternæ*, atque suorum *pontifex Melchisedec* declaratus est v. 10. Heb. 12, 1. 2. sed NB. ut *Jacob*, *Patr. læsus in amore*. Pl. 22, 17. 18. 69. 27. 88. 6. *Ésa*. 53. 5. de qua *plaga* protestatur *diserte* Pl. 38, 16. 17. 18. *Iehova respondebis quia dicebam, ne forte latentur de me dum claudicat* NB *pes meus*, quia ego ad *claudicationem paratus sum*. Pl. 49, 6. *dum prævaricatio calcaneorum meorum circumdabit me*. Gen. 3, 15. Pl. 110, 5. 7.

XVIII. Huic *theatro* precum *agoniam* sistendus, ut *typicus Athleta* merito *Iob magnus ille & generosus pugil* a *Chrysofomo* salutaris, qui *præstantis* contra eum *Dei roboris terribilissima* sapius gravissime *persensit*, uti *conqueritur*. Cap. 10, 16. 13, 24. 16. 21-24. 30: 21. *signanter*. Cap. 6, 4. *ecce sagitta fulminatoris ex bombardis mecum, quarum virus bibit spiritus meus, terrores Dei acies insirunt in me*; quibus *innuit*, *Deum præstantem*, si velit

velit possit pro suo arbitrio omnia vastare *Elshaddaj*. Cap. 22, 27. Coniungi potest *lobo* in agonia precum cum Deo, *Ieremias* stans in *palestra* pro *Israele* Jer. 4, 19. 9. 1. 2. 13. 1. 11. & 20: 7. 8-12. eodem Zelo *Abraham*. pro *Sodoma* & *Lotho* precibus deprecans, legitur. Gen. 18, 23-32. qui sex vicibus insultum fecit deprecationibus suis ad Deum, certo *Heroicus* athleta interim succubuit ille in hac *arena*, quia destitit ab instantia suscepta, qui casus ipsi obrepat, propter *infirmum conceptum*, de divitiis gratia Dei, etenim si amplius urfisset *agoniam*, ut vel pro *quinque*, vel pro *uno* iusto condonaret *Jehova*, pro certo Deus victas manus dedisset, ut diserte hunc affectum gratia suae Deus declaravit. Jer. 5, 1. quod propter unum iustum *Hierosolyma* parceret, prouti etiam demum pro *uno Lotho* pepercit *Zohari*. Gen. 19, 21. 22. Sic propter *Mosen* Israeli Exo. 32. Num. 14. Pf. 106, 23. quod facturus etiam cum *Sodoma* erat. Ezech. 16, 55. 22: 30. 31. uti & simili *agonia* solus *David* precibus plagam avertit a populo Dei. 2. Sam. 24, 17. 2. Reg. 8, 19. & *Ezechias*, Assyrios exitium comminantes *Hierosolyma*, Esa. 37, 1. 3. 14. 36. sic *Iosua* Philisteos agonia precum suarum comprescit. Jos. 7, 6. 10. 8: 1. ita *Nehemias* captivo *Israeli*, tali agonia precum libertatem genti suae procuravit. Neh. 1, 4-11. & nubem talium *agonizantium* per fidem, Ap. produxit. Heb. 11, 32. 33.

XIX. Hanc *Synagoniam* precum indigitavit *lex* illa Luc. 1, 10. qua S. Pontifice in Sancto S. sufficiente *ibymiamata*, iussu totus populus extra *Sanctuarium* stans preces ardentem fundere pro Pontifice. Pf. 118, 25. vide *Lightfoot*. v. 1. p. 722. huc collineavit & statutum illud Dei. Exod. 28, 29. 30. ut portet *Aron*. 12. nomina *Tribuum* Israel in *Urim* & *Tbumim* in corde suo dum ingreditur in sancta S. in monumentum coram *Jehova* jugiter, ubi NB. ter dicitur, ut portet in corde *Israelem* coram *Jehova*, conf. *Ioel*. 2. 12-17. Hac *agonia*, precum *Elias* demum victor aperuit ostia arcis *Caelorum*, per triennium oclusa, ne plueret. 1. Reg. 18, 45. *sepries* in pulverem *agonia* se prostravit, ut quamvis primo conflictu non illico *palmam victoria* obtineret, tamen

tamen animum non despondit, donec *fumantes adversus popu-
li Dei preces nubes*. Psal. 80, 5. *instantia supplicationum* suarum
disparet, & *claves ostium Cælorum*, manibus Dei quasi extor-
quens, *phalangem* pluviarum ex *thesaurario nubium* disperfit. Ps.
135, 7. Deut. 11, 17. 18. defectus ergo *agonia precum*, facit
preces *improsperas* Jac. 5, 15. nam *preces fidei urgentes* ser-
vant *laborantem*. Esa. 38, 2. 35. 28. 16. *qui credit non festinat*
eoque instat, neque patitur se *confundi*. Col. 4, 2. 1. Theff. 5.
17. Job. 13, 15. *deprecatio enim efficax justi* multum valet. Jac.
5, 16. sed non sine agone, *Elias* non desit orare, donec famu-
lus renunciasset *elevari nubem*, quod demum *septima vice* obser-
vavit.

XX. Hinc etiam cum Deus alicui benefacere decrevit,
vult tamen sollicitari precibus. Ezec. 36, 37. Jer. 29, 12. 12.
ut Christus D. monuit. Luc. 18, 1. non debent *εὐνακῶν σε-
γνεσcere*, *animo frangi*. 2. Cor. 4, 16. Gal. 6, 9. 2. Theff. 3, 13. &
manus remittere, Heb. 12, 12. ut desperantes, *cujus israelæ fi-
dei exemplum* videmus in Cananea. Matt. 15, 22. 28. quæ
Marc. 7, 25. dicitur, quod *ingressa domum* prostrata coram Chri-
sto *succursum* orabat, at Christus eam in domo quasi *umbram*
negligebat, quæ mox Christum exeuntem undique secuta,
in plateis clamabat, & *succursum* urgebat, atque ita, genuina fi-
lia *Israëlis*, benedictionem obtinuit. Gen. 32, 25. segnescere
non conducit luctuantibus, nam *Moses* quoties remittebat
manus toties *Amalec* vincebat. Exo. 17, 11. hoc vitium dete-
standum est in *precantibus* non luctari cum Deo; uti multi
Pastores in Cathedra preces *liturgicas*, pro *Ecclesia militanti*,
pro suis *Regibus, Principibus, Magistratibus*, sine omni zelo consci-
entia præterlegunt, ita *præcipitanter* ut pueri *Lectiones Schola-
sticas* recitant, atque hi tales sunt *oratores quos mendicare ju-
det*. Luc. 16, 3. his exprobrat Ap. Jac. 4, 1. 3. *non habetis quia
non petitis, nec accipitis quia male petitis*. Eja contemplemur *Davidem*
in hac *palastra* agonizantem. Ps. 5, 2. 3. 143. 6-9. *Mane au-
dies vocem meam, mane acies precum contra te instruam medi-
tationem vocem clamoris*, tara tantara. Jos. 6, 16. Psal. 18.
7. 9. 14. 29. 4. 11. Job. 37, 1-4. *classici mei*, ordinando

C

voces

voces precum querulas quasi tot *legiones pratorianas* ad irruendum *prima aurora* paratas. Jud. 7, 19. 22. Pf. 57, 9. 88. 1. 14. 16. insultus hujus *castris precum* tempus notat *mane*, n. matutina & tempestive preces fundendæ, ut obtineamus. Luc. 11, 5-10. & huc vergit axioma *economicum, tarde venientibus ossa*; *Maana* non nisi *mane* colligi potuit. Exod. 16, 21. Sole enim influente *dissuebat*, preces sero emissa nihil præstant. Prov. 1, 24. 29. Matt. 25, 11. 12. Heb. 12, 17. Apo. 2, 21. 22. Exo. 14. 25. 27. hinc & ipse Deus suos *Caduceatores*. Ezech. 33, 3. Jer. 4, 19. Apoc. 8, 6. *mane* expedit, huic *mane David* serio intentus fuit. Pf. 57, 9. 10. 119: 62. 147. 148. Cur vero Deus hoc *momentum* temporis *mane* ad succurrendum definiuit, vide *rationes* in libro meo: *Tuba Sanctuarii*. p. 89, 93. *tunc meum robur* ait *apprehendi* debet Esa. 27, 5. quando instar ignis ad *incendium* irruiturus sum, tunc mecum pacem pangere, ut *Moses* confitens in *ruptura*. Ezech. 22, 30. Pf. 105, 23. iussit festinare *Aronem* Num. 16, 46. & se quasi *murum, tormentis* Dei opponere. v. 48. sic *Phineas* manum Dei telis grassantem. Pf. 106, 30. compefuit, in initio peccati.

XXI. Et Ap. *συναγωνισαθαι*, sibi secum *comprecari* petit. Rom. 15, 30. non solis ipsis demandat hanc *agoniam* sed *juxta secum* ipse quoque cum iis, ut *Iosua* de se spondet. Jos. 24, 15. & *primus* vult ut *Urias* 2. Sam. 11, 15. in ea *acie stare*, sunt enim *ambo* efficaciores *uno*. Eccl. 7, 9. sed quos poscit Ap. *Socios* non *angelos*, non *sanctos* demortuos, tales copias *auxiliares* Ap. non quaesivit, uti etiam *Abraham* in *caelis*, ipsum in *terris* invocantes, pro *sociis* non agnoscit. Esa. 63, 16. Apostolus *viventes Romanos*, non defunctos sollicitat, uti & alibi *vivos*. 2. Cor. 11. 1. Phil. 1, 19. *Societas* in *precibus*, uti in *bello* multum valet. 2. Sam. 21, 16. 17. 9: 11. 1. Chr. 12, 17. 18. Joel. 2, 13. 14. *Ninivite* adjunxerunt sibi in *acie* precum, etiam *infantium* & *pecorum* inconditas voces. Jon. 3, 7. 1. Sam. 15, 14. Pf. 147, 9. quorum *numero* Deus se ad *gratiam* motum dixit. Jon. 4, 11. id urfit David. Pf. 7, 7. 8. *surge Deus!* *evigila ad me,* & ecce *cæcus populorum te cingent,* *redi tunc propter illos in altum,* *judicium exerci-*

*exerciturus, confer. companiam supplicum pro placando Deo. Num. 25, 6. 7. 11. 1. Sam. 7, 2. 5. 6. 8. urget Samuelem populus, ne cesset pro ipsis, & cum ipsis synagonizare cum Deo, vicissim urget Samuel Populum, ut illi quoque eo officio fungantur omnes, conf. Jud. 2, 5. 6. Pl. 66, 2. 5. 9. 10. 13. 16. in prelio multi educuntur etiam calones & omnes tenentur pugnare, ubi qui fugiens se subducit, ut illi. 2. Sam. 11, 15. 17. 21. proditor est carcerorum, nempe ut in publico incendio, omnibus concurrendum ad extingvendum ignem exortum, nemo ergo se hic subducere potest, quin ipse demum, pariter perdat. Esth. 4, 14. Pl. 109, 16. Lam. 1, 19-22. 3: 60-68. Jac. 2, 13. Christus D. ipse Synagonizare sibi in agonia sua jusfit Discipulos suos. Matt. 26, 38. 41. 44. Marc. 14, 37. 38. Imo in Cælis suæ interpellationi apud Patrem, nos hic in terris Synagonizare dicit Ap. Rom. 8, 34. *ὁ ἐν τοῦ οὐρανοῦ ὑπὲρ ἡμῶν* interpellat super nos in & cum nobis, sed quod maxime notandum, v. 27. Ap. & ipsum Spiritum S. Paracletum fideliū, pone Deum Synagonizare cum nobis in & cum precibus nostris, & hic in terra & in Cælis uti pie observavit in h. l. Beatissimus E. Stillingsfleet. Ep. C. subducunt se huic agoniæ precum Socialis, qui labiis tantum preces proferunt. Matt. 15, 8. Pl. 51, 15. 16. Nehm. 13, 29. cum tamen Episcopis sui populi Deus jusfit, ut in corde portent. Exo. 28, 29. 30. Populum Dei Lam. 4, 20. Esd. 6, 10. 7. 23. 1. Tim. 2, 2. Phil. 1, 7. nec sufficit in genere orare pro Regibus nostris, & contra hostes Regum nostrorum, sed nominandi tituli, nomina Regum & hostium eorum, ut Apostoli & Primitiva Ecclesia solita fuit. Act. 4, 27. Nehem. 6, 14. 15. 13: 28. 29. Pl. 83, 6-13. 137. 7. 8. Esa. 65, 15. 1. Tim. 1, 20. 2. Tim. 1, 16. 4: 10. 14. Perseverantiam vero urget Ap. agonia. Rom. 12, 12. Eph. 6, 18. differt enim saepe opem Deus. Pl. 40, 2. expectando diu, expectavi ait Jehovam. Pl. 27, 14. *expecta, duplicat expecta Jehovam corrobora te.* Hab. 2, 3. Hebr. 10, 37. 2. Pet. 3, 9. hinc Deus etiam vult se urgeri. Esa. 62, 6. 7. Pl. 44, 24. 27. insigne exemplum est, perseverantiæ precum Ezechiel. Ezec. 3, 15. 25. 26. 27. conf. Job. 13, 14. 15. 16.*

XXII. Hoc exprimit Ap. Rom. 12, II. *τησπεδη μη
 κνηποι τω πνευματι Ζεοντες. Spiritu ferventes*, qualis erat *Apollos*
 Act. 18. nam *Spiritus S. Gratia*, ut Amb. dixit *nescit tarda molli-
 mina*; *Zelus est Cos & fermentum actionis illius masse divinæ.*
 Matth. 13, 33. quod pręparat & condit illam ad *panificationem*, *tepi-
 dos* expuit, *amb. lans inter Candelabra Pontifex.* Apoc. 3, 16. *tardos
 & hebetes discipulos corripit.* Matt. 16, 8. 9. *Timorbeo* intimat
 Ap. *αναζωοποιει θεα χαρισματα.* 2. Tim. 1, 6. ut quasi *folibus*
ignem excitet industria. Cant. 1, 3. ut *Moses* eo spiritu actus. Exo.
 32, 26. 27. *jusit idolatres deleri, Phineas* lancea confixit *Zimbri
 & Cosbi scortantes*, oblitus quasi muneris *sacerdotalis*, non oportet
Episcopum esse percussorem. 1. Tim. 3, 3. Num. 25, 7. 8. *David* puer
 currit ad opprimendum *Gigantem.* 1. Sam. 17, 37. tales fuere
heroici isti spiritus *Esdra.* Esd. 9, 13. videns *pravicationem* popu-
 li Dei, *evellebat capillos & barbam.* *Nehemie*, cujus hæc fuit
 ad prætenfos terrores, *μεγαλοψυχια.* Num *quisquam mei si-
 milis fugiet.* Neh. 6, 11. Cui amula fuit *Matachia* illustris illa
Magnanimitas, etiam si ait, *omnes tribus deficiant a Patria Religione,*
*ego camen, & filii, & fratres mei, in federe Patrum nostrorum incede-
 demus, nec protestationi defuit executio, ad conspectum enim
 Sacrificii idolatrici contremuerunt, incaluerunt.* Lam. 2, 11.
viscera, irruit in *Judeum* Apostatam, & super *ara* eum interfecit,
 conf. Jos. 24, 15. *quaslo κλαροι ministri.* Apo. 3, 16. *inspicite
 scuticam Christi D. & S. Pauli virgam.* Joh. 2, 15. 17. 1. Cor. 4,
 21. etenim nihil conferunt ad *fabricam Tabernaculi* *Jehovæ*,
 qui tali spiritus zelo non excitantur. Exod. 35, 21. 29. qui retro
 spectant eum *uxore Loti.* Gen. 19. & cum *fatuis virginibus* dor-
 mitant, *niditant.* Matth. 25. Hag. 1, 2. tales sponsi comitatu
 & congressu non fruuntur. Corripi debuit tali spiritu *Johannes*
ille, ardens & lucens candela. Joh. 5, 35. antequam *apocaa-
 lypseis* aliquas videat, aut perscribat. Apoc. 1, 10. Interea *fer-
 vor* ille *ardens lucens* aliis, ita ad spiritus *agitantis* eum affectus,
 omnia moderatur, ut nec *funesta* excitet in *sanctuario* *incendia*,
 nec *stupida* flaccescat *gravedine*, sed *perversa & confusa*, in *ago-
 nia* precum satagat corrigere, *Laxatas acies* sermonum. Pf. 39, 1.

106. 33. restituere. Esa. 6, 5. 8. *excursiones* prudenter amputare, *biatus* ordinum supplere, *jacencia* erigere, & *intermoriura* animando colligare, atque sic animatus *zelotes orator* & defæcatus in *agonia precum*, spiritus *ventilantis emunctorio*, non alium sibi præfigit in *stadio scopum*, quam *victoriam* apud Deum obtinere, & *Israëlis tropæi* tessera, plus millies quam, *Germanici, Gallici* Imp. titulo triumphum agere: hic *zelus* agonizans non *racet* ubi tempestive sit *loquendum*, ita nec *vociferatur* ubi consultum est *silere*. Psal. 39, 10. Esa. 36, 21. Lam. 2, 19. 3. 28. 29. urget verba S. S. Exo. 32, 13. Act. 4, 24. 25. 27. 31. non *anabaptisticos* jaëtat *enibus* *afinos* & *captus*; sub *devotionis* prætextu, non egerit *livoris* proprii *accrimoniam* in precibus suis, ut *discipuli*. Luc. 9, 54. & *Moses* aliquando. Num. 20, 10. 12. & *Jeremias* 20, 12. 14-18. Et *Phariseus* contra *Publicanum*. Luc. 18, 11. sed cum *Samuele* unice urget gloriam Dei. 1. Sam. 12, 17. 22. 23. ut Ap. contra *Elymam*. Act. 13, 9. 10. 11. & P. *Ananiam*. Act. 23, 3. & *Hymeneum* & *Alexandrum fabrum*. 1. Tim. 1, 20. 2. Tim. 4, 14. conf. Num. 16, 11. 15. sed in id intentus *circumspecte*, ut *irritat* potius quam *irriter* adversarios, *stet* potius quam *frangat* delinquentes. Pl. 14, 1, 5. *Spiritus* hic *zeli* quidem in *omniculcu Dei* exercendus est. Joh. 4, 24. Rom. 6. 17. Deut. 6, 5. 10. 12. imprimis tamen in *agonia precum* propter varia *agmina* hostium & diversos *insultus*, qui imminent a *mundo*, qui aperta *mox* vi adoritur, *mox* dolis & blanditiis titillat: imminent *insidie* a malorum *exemplis*, quæ oculos perstringunt undique, & ad *temporariam seculi fruitionem*, non sine æternæ salutis jaëtura sollicitant: ingruit periculum a *carne* nostra, quæ *tenacissime* adheret, & cum *externo hoste* colludens, domesticos *laqueos* nectit; ingruit *damnum* ab hominum *conversazione*, quæ tempus *divinis* unice *dicandum* sæpe nefario subducitur, & irritatur, in hoc discrimine *fervor*, in precibus solum id perficiet, ut *salvus* tandem & incolumis per tot hostium *stratagemata*, ad optatum *portum salutis* sine *nafragio* deveniamus, & *celus* illud triumphi. Apoc. 5, 9. 10. 7: 10. 19: 1. 9. Rom. 8, 37. ex *suba consolationum* Sp. clarigemus.

XXIII. *Materia* autem precum præcipua in hac præcum *agonia* qua debet esse, in *Themate* Ap. Rom. 15, 31. 32. traditur *gemina*. I. *Liberatio ab infidelibus in Judea*, nempe est quotidianus & insignis *articulus* precum, officium cuius Christiano incumbens orare, ut & *nos* & *alii domestici fidei* liberemur ab infidelibus, nam *causa odii* plerumque *pietas* & *vera religio* est. 1. Reg. 22, 8. & *confessio veritatis*. Gen. 37, 2. 19. Joh. 8. 40. hoc odium facit, ut & *hostes confederentur* ad oppugnandum nos, & *socii fœderis nostri* non præstent *fidem* speratam. Matt. 10, 22. 36. Jer. 9, 4. 8. Sam. 1, 19. inde ab initio *inimicitia serpentis* & *seminis ejus*, contra *semen mulieris* viger; *Reges* & *principes* conspirant adversus *Jehovam* & *unctum ejus*. Gen. 3, 15. Ps. 2, 1. 2. nec est quod speremus amorem eorum, aut nos non persequituros. Joh. 15, 20. 21. sed dum vivimus, per *multas* *blasphemas* ingrediendum in *regnum Cælorum*. Act. 14, 22. & in mundo incumbit nos quotidie *afflictio*. Joh. 16, 33. Matt. 10, 38. 16: 24. & *crux*, donec *superstitio* pervadeat, *cade fidelium maxime coli Deum*. Joh. 16, 2. unde etiam non deprecanda absolute *crux*, hoc foret *Christianismum* refingere Jer. 45, 3. 5. sed petendum ut feliciter portemus *crucem*, ne tradamur in *cupiditatem impiorum*. Ps. 27, 12, 140. 9. & 10: 1. 2. 3. 6-12. *exiguum Christi D.* *προμνιον* Luc. 22, 32. in hoc mundo est inter *Lupos*, *Ursos*, *Leopardos*, *Tigrides*. Matt. 10, 16. Ps. 44, 20. 57. 5. Esa. 27. 1. urgendus itaque *agonia* precum *Pastor* Israelis. Ps. 2, 3. 80. 1. Joh. 10, 11. ut servet *oves* adhuc non *seductas*, & eripiat nondum *dilaniatas* deducendas ad vitæ æternæ *fluentia*. Apo. 7. 17. Ps. 23. 1.

XXIV. *Titulo* autem *infidelium* phrasi Apost. continentur omnes *inimici credentium*, quorum *duplicem* quasi *aciem* depingit Eph. 6, 12. 13. *non est nobis pugna contra carnem & sanguinem &c.* vide locum emphaticum, & addit qui sunt in *supercaelestibus* rebus, nempe certant cum piis propter *supercaelestia*, ut aditum & ingressum in *regnum Cælorum* prohibeant, non ut ipsi consequantur aliquid, sed ut *Chrysostronus* dicit, *ut nos vita Cælesti privent*. Col. 3, 1. 3. ut *Balaam* & *Balam* Israelcm ab ingressu in

in Canaan. Num. 22, 5. 6. & *Amalec*. Exo. 17, 8. Deut. 25, 17. 18. vide de his hostibus Beatissimi Ioh. *Arrowsmith Tactics sacra*. Archidux hujus infidelium belli. Apoc. 12, 7. Pf. 82, 7. contra fideles, est ipse *Diabolus*, cujus tum vires & expeditiones, & insidiae, ex nominibus in Sacris S. ipsi tributis, facile innotescunt; vocatur *Diabolus*, *Satan fortis* & *armatus*. Matt. 11, 12. 29. Luc. 11, 21. *Leo* rugiens, castra Sanctorum jugiter circum latrans. 2. Pet. 5, 8. Luc. 22, 35. Apo. 20. 9. 10. *audaciam*, *impudentiam*, *laqueos*, post *Protoplastos* non semel expertus est *Apostolus*, audi ejus *gemitum*. Rom. 7, 24. 2. Cor. 5, 2. 4. & 12. 7.

XXV. Infidelium nomine deinde venit *Mundus*, qui Dei inimicus est, & totus in malo isto spiritu positus. 1. Ioh. 3, 13. *commilitones* mundi sunt *Falsi Doctores impii*, *Tyranni*, qui omnes *agmini* Christi adversantur. Post mundum *tertia acies* hostium est *caro* nostra, cum qua Spiritui perpetuo *lucta* est. Rom. 7, 14. Gal. 5, 16. post hos pugnam instruunt *pbalanges haereticorum*, qui omnes totalem *Ecclesiae subversionem* moliantur. 1. Cor. 11, 18. Apo. 12, 4. 15. 17. Pf. 83, 4. 5. 6.

XXVI. *Materia precum Secundo* est *Ministerii* N. Test. *aggratiatio* in electis apud Deum, ut *Ministerium meum* ait, *fit acceptum Sanctis*, optandum est id omnino, ut *gratiam* habeant *Ecclesiae Ministri coram Auditoribus*, quatenus Deo quoque placent. 2. Cor. 4, 2. Marc. 6. 20. Act. 2, 47. Gal. 4, 14. 15. hinc *conscientiam* suam Ap. utrisque adprobare statuit. Act. 14, 16. 1. Cor. 5, 11. quanquam id profitenti ipsi *Colephos*. 1. Reg. 22, 24. *impingi* jussit *Pontifex maledictus*. act. 23, 1. 4. ut, *veritas alapa digna sit* inquit *Caiphas* delusor. Marc. 14, 65. si quidem etiam apprime dicta & acta, sequius accipiantur, sapius etiam apud bonos: *discipuli Johannis* offensi in Christi *Baptismo*. Ioh. 3, 22. & *concionibus* 6: 66. ut *Petrus* etiam a *passione vicaria* Iesum C. dehortabatur. Matth. 16, 22. 23. & *lorionem pedum* tot *Mysteriorum Salus Symbolum* amoliebatur. Ioh. 13, 8. orandus ergo Deus ut omnibus *actionibus* Christi D. *Legatorum* 2. Cor. 5, 20. largiatur *gratiam complacentia*, Gal. 4, 14. 15. ne *animus*

animus eorum despondeatur. I. Cor. 15, 37. 38. Ier. 20, 7. 9. 10. Exo. 5, 22. 23. I. Reg. 19, 4. 14. & *successus* impediatur. 2. Reg. 4, 29. 31. Exo. 2, 11. 14. I. Reg. 22, 8. 20. 27. nam displicente *Regimine Sacerdotii Eli*, populus contemnebat *Sacrificia Jehovae*. I. Sam. 2, 17. sic *Saulis rectoratu* in viso, illi abrogata fuit *potestas*, & *Davidi* inde *rebellatum* fuit: ita non accepto *Ministerio Jeremie, Amosi Michee* persecutiones, ab *Auditoribus* passi sunt. Ier. 36, 26. 38. 4. Exo. 10, 28. Marc. 6, 17. Act. 14, 19. 16. 22. 23. imo etiam *Adiones Regum* apud *populum* tali *gratia* indigent, seu in *Belli* seu in *Pacis* expeditionibus. Pf. 20, 1. 6. 7. 21: 6. 8. 118. 25. 72. 1. 15. I. Reg. 1, 39. 40. I. Sam. 10. 5. 6. 16. Deus ergo implorandus pro Regibus, ut det ipsis *gratiam* invenire vel *apud hostes* etiam. Gen. 39, 2. 4. 21. 43. 14. Prov. 16. 7. Nehem. 1, 11. *format* Deus *corda* omnium etiam *Regum*. Pf. 33, 15. Prov. 21. 1. Esa. 49, 22. 23. Apo. 17, 6. 7. 2: 23. & efficit ut vel oderint vel amarint. Pf. 105, 25. 106. 46. interim quarendum est *beneplacitum in oculis Dei*. Esth. 4, 16. 5. 1. 3. 7. 23. 8. 16. 17. nam dum ipse non habet *cor ad populum* vel *Regem* aliquem Pf. 85, 1. 3. 126: 2. 3. tum ne quidem audit deprecantes. Ier. 15, 1. 2. Ezec. 14, 15. 20. Amos. 7, 2. 8. *acceptationem* vero apud Deum invenire est in *Solo Christo*. Eph. 1, 6. in quo fiunt filii aggratiati. Luc. 2, 14. Rom. 5, 1. 10. Eph. 2, 7. 14. uti propter *Jonatanem* 2. Sam. 9, 7. filii *Saulis*, apud *Davidem* Rom. 12, 1. 2. 1. 1. Pet. 2, 5. & ita simus per preces aliorum pro nobis *fulas ευπροσδεντος προφαρα*. Rom. 15, 31. 2. Thes. 3, 2. & sic sperare licet etiam *acceptationem* apud homines. Prov. 16, 7. Ioh. 15, 16. Gal. 4, 14. Gen. 43, 14.

XXVII. Ex hac *acceptatione* divina fluit precum exauditiono. Eph. 1, 4. 5. 26. 27. Phil. 1, 9. 10. uti *Eliseus* dixit ad *Ioramum* 2. Reg. 3, 14. *vivit Iehova, quod si personam Iosaphati non considerarem, ad te neque respicerem & omnino fructus amicitie Patris & Christi D. est, precum exauditiono*. Ioh. 16, 26. 27. I. Ioh. 3, 22. Dan. 9, 17. juxta. Pf. 145, 19. *placium se vimentium efficit* Heb. 13, 21. hac via *καταρτισαι* nos, ut placeant preces nostra Deo, qua *phrasi* gradus, quibus in *agonia* precum Deus nos

nos perficiens progreditur, significatur nempe cum *redintegratur* id quod ruptum est, Matth. 4, 21, quod *luxatum* est *reconcinnatur*, Gal, 6, 1, ut rursus *concresecat*, Psal. 60, 2, 5, ad *majorem* etiam saepe, quam cum integrum erat *soliditatem*, ut, sit *novae creatura*, 2. Cor. 5, 17, quos *gradus caraprisios* in *agonia* precum, *Mosis & Jacobi, & Petri* Deus sequutus, Luc, 22, 32, 61. Joh. 21, 15, & *Davidis*, Psal. 32, 3, 4, 5, 41: 5, 12, 13. Christus Dominus, *exaltatus*, dedit *dona* fidelibus ad *caraprisios* *conciinnationem* *corporis sui*, Eph. 4, 8, 12, 16. Col. 2, 19, unde *homo Dei* non tantum fit *aprios*, sed etiam *exaprios*, ut *gradu* accedente, *perfectio* quasi *perficiatur*, Luc. 6, 40, ad *conformitatem* cum *immagine* Christi Dom. Rom. 8, 29, 1. Cor. 13, 9, 10, Phil. 3, 12, Col. 2, 10, 1. Joh. 3, 2.

XXIX. Ex praemissis *Lectori* attendenti patet, quae sunt *impedimenta*, quae precum *successum* apud Deum enervant, & quomodo ea *obstacula* removenda juxta, Pl. 141, 2-4. Exod. 33, 4, 5. 1. Sam. 17, 39, 40. 2. Sam. 12, 16-22, 21: 1-10, 24: 16-25. Gen. 35, 2, 3, 2. Reg. 4, 33, 34. Marc. 5, 39, 40. Eph. 4, 21, 22. Pl. 18, 26. & cur subinde non *desperandum*, si statim quis se non exauditum suspicetur, etenim Deus saepe *differt succursum* suum ad *auroram*, Pl. 46, 6, 78: 65, ut pii *constantius* precentur, Gen. 32, 26, Luc. 18, 1-7, & *ardentius* igne *caelesti* Spiritus S. inflammentur, Act. 2, 3, 4, 6: 8, 10, 1, Thel. 5, 20, sicut *primum* Vet. Test. *sacrificium* igne *caelitus* demisso accensum erat, Lev. 9, 24, 1. Reg. 18, 38. Cant. 8, 6, hinc dicit Deus, Hof. 5, 15, Jer. 29, 12-14, *tunc* *queritis me* & *invenietis*, *cum* *requisiveritis me* *ex toto* *animo*, qua phrasi intimatur, ut adsit in precibus non *affelluum* tantum *Conspiratio*, sed & *acies meditationum* ad conqui-
renda *argumenta* validiora & *icela* intensiora, 2. Reg. 13, 19. Act. 12, 5. Rom. 8, 34. Saepe enim non paucis *maculis* aspersae *preces* nostrae, in quas si summo *rigore* Deus inquireat, nec *humilem devotionem*, nec *zeli ardorem*, neque *vota recte composita* invenire licet, saepe non qua par est *reverentia* Deum invocamus, nec mentem sursum tollimus ad *puram castamque* Dei *venerationem*, Esa. 29, 3, cum *frigore* nostro saepe *luctandum* est,

D

nee

nec nostra *egestas* & *miseria* satis acriter urget ad serio precandam; quanta nonnunquam *profanatione* cultum Dei polluimus, cum quas Deo adducimus precibus *animum* non attenderimus, sed Jehovah accedentes, deque re *gravissima*, salutem nostram tam intime spectanti cum Deo acturi, magni illius *negotii* medio in sermone obliviscimur, Eccl. 5, 1. 2. 3. 5: 7. atque res *levicular* quas vel *imaginatio* nostra, vel *Diabolus* suggererit sectamur, perdit *hominum* ad pedes *Tsebaorb* advoluti, ut sceleris nostri pœnas deprecemur, abrupta penitus *supplicatione*, mentes nostras *carnalibus* cogitationibus diffrahi patimur, quasi sperari possit, ut quibus *mens abest* precibus illis *Deus* annuere dignetur, cum tamen sciamus, Deum odisse *matutinos* pietatis *rores*, Exod. 32, 6. 8. Illa cito evanescunt *violenta* devotionis *initiaque* furiosi quodam zeli *astro*, 1. Reg. 18, 26. 2. 1. Sam. 13, 12. 13. excitata illico desinunt, & quorum *gestus* in precibus plus *exemplo*, quam *peccato* nocent, Luc. 18, 9-12. 2. Reg. 28, 29. 31. & *nauseæ*, *chur*, Pl. 95, 10. potius sunt Deo quam gratia.

XXX. Quærit hic *Eremita Antiochenus*, an pro *vita* *hujus* *commodis* Deum sollicitare precibus debeamus, siquidem, Matth. 6, 31. Id prohiberi videatur. Resp. *omnino* id nexus *Argumenti* Apost. pro *agonia* precum diserte facere jubet, nam Rom. 15, 25. ait se *sanctis ministraturum* Hierosolymis, ut *oblationem gentium* in *pauperes Sanctos*, fructum fidei eorum, illis resignet, quæ *Eleemosina* ad *sustentationem pauperum* pertinebant, nam curabant *Ecclesia gentium* *pauperes* Ecclesiæ Hier. ex singulari *institutione* Apost. quæ *cura* duravit usque ad tempora *Theodosii*. I. ut totius orbis foverentur *oblationibus*, teste *Hieron.* ad *Vigilantium*, & sollicitudinem pro *commodis* vitæ, precibus urgere declarat Apost. 2. Pet. 1, 3. *donare nobis Deus* *Patrem* *omnia*, quæ ad *vitam* hanc pertinent & pietatem, juxta *promissiones Dei*, 1. Tim. 4, 8. quæ *promissiones* precibus a Deo *urgendæ* sunt, quo collineatur *probrasi*, Psal. 81, 11. *dilata os tuum & implebo*, *vasa angusti oris* si parum recipiant, non inde fit, quod parce effundatur, sed quod *copiosæ* effusionis parum excipiant,

pian, Matth. 13, 59. sicut *oleum* large effluens *vidue* illius, defecit illico quum *vasa* recipientia *deficerent*, 2. Reg. 4, 3--6. quo *latus* & *sapius* patent corda nostra ad roganda bona hujus vitæ, eo *plus* percipiunt *benedictionis* Dei; denique ut *tentationes* nos ne subducant a fide, *agonia* precum cum Deo id effici potest, ita *paupertatis* & defectus bonorum ad hanc vitam *tentatio* deprecanda est, Prov. 30, 8. 9. quod *Mosès* etiam Deut. 8, 2. 3. innuit, Exod. 16, 4. *dabo eis panem de Cælo*, ut *tentem*, an *ambulabunt in viis meis*, quas *tentationes* ut vitemus, justit Christus Dominus, ut *quotidie* diligenter oremus pro *pane quotidiano*, Matth. 6, 11. Psal. 128, 1. 2. 132: 15. 2. Thes. 3, 10. 12.

XXX. Quam vero *arduum* opus sit, Deo placenter orare & *bene petere*, Jacob. 3, 4. admonuerunt nos *Apostoli*, dum *obsecrant* & urgent Christum, *Domine doce nos orare* Luc. 11, 1. Rom 8, 26. 1. Thes. 5, 17. atque ita nobis nunc porro declaranda venirent, si charta vellet, Erothemata, Diss. hanc illustrant, e. g. An *rela synagonie* precum, *ex memoria meditationum* fervidantur, quæ præsentis *circumstantie* *agonie* suggerunt, deprompta, sint *efficaciora*, quam si *verba in libris liturgicis* descripta recitentur. II. Quæ tenenda de *circumstantiis* *precum* *agonie*, an *stando*, an *geniculando*, an *sedendo*, an *procumbendo*, expediri debeant. III. & cur precandum, & luctandum cum Deo, siquidem *necessitates* & *angustie* *nostra* nota sunt Deo. IV. Et an *necessitas* *agonie* *precum*, tollatur *decreto divino* ejusque *immutabilitate*. V. An preces in *agonia* *precum* dirigendæ ad *Deum Patrem* solum, an & ad *Christum*, an etiam ad *Angelos* & *Sanctos*. VI. Quæ sit *Sancti* *precum* *impudentia*. Luc. 11. 5-7. VII. Et an pro *impotentibus* preces licitæ sint, VIII. Quæ sunt *consolationes*, piorum contra defectus suos in precibus suis suis observatos; Verum hæc atque similia *Poris, aia practica*, quæ hic se ultro insinuarent spero ex præmissis, Lectoribus a *Deo doctis*, Joh. 6, 45 facile expediuntur, Jac 1, 5. quo etiam respectu concludo voto, Heb. 13, 20. 21. ut Rabbi Eliez. & R. Jochan. finitis orationibus semper subnectebat. *Sit bene placitum tuum Domine, ut a serves contumeliam nostram*. Psal. 79, 9-11. & *respice miseria nostras ut habites in sorte nostra amor & fraternitas*. Pl. 133, 1. 2. 3. Amen; Amen.

COROLLARIA.

- I. Christum Dominum pro omnibus peccatis *fideliū* perfecte *satisfecisse* iustitiæ divinæ; exinde locum *satisfactionibus humanis*, in hac vel futura vita nullum esse. Statuimus
- II. Christi *satisfactionem* nobis totam *imputari*, & propter eam, tam *fideles* Vet. quam Nov. Test. *perfecte iustificatos* esse. Afferimus
- III. Exinde *afflictiones*, quas sæpe Dei manus nobis intemat, imo *mors C. fideliū*, quas *preum agonia* cum Deo, a nobis averti deprecamur, *pœnas* non esse proprie dictas, 1. Pet. 1, 7. 9. eas tamen, ne in *tentationem* nos inducant, Matth. 6, 13. 26: 41. Jer. 20, 14. Hebr. 10, 34. deprecandas sed sine *Battologia* & cum *resoluta voluntatis nostræ*, *Divine submissione*, Matth. 6, 7. 10. esse, defendimus.





~~155556~~

AB 155 556

X2613330

l





4

HEATRUM

(Heb. 10, 33.)

AGONIÆ,

(o. Phil. 1, 7.)

ATIÆ PRECUM

RI SANCTORUM

DEO IN PRECIBUS

REPRÆSENTANS,

PIRITU GRATIÆ

(ch. 12, 10, Rom. 8, 15. 12; 12.)

ESIDE

ÖNGYÖSSI

TYEN,

ero S.S. Th. D. & Pr. P.O.V.

DENTE

(i, bonam illam Agoniam

2, 3. 4: 7.

WEISSE, Berolinensi

mplo Acad. Viadrino

XXVIII. D. IV. Jan. A 238

K. & seq.

eis VIADRVM,

ARTZII, Acad. Reg. Typ.

